



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

tunc nullo modo recusari posset propter uitæ conditionem, ita speculat. in tit. de delegato. §. superest. ii. col. uers. sed quid si non est confang. Felin. in d. c. causamque nu. 2. uers. 6. q. tu curiosus nota & obserua.

7 Fallit etiam quando partes contenderent, uel litigarent, & non opponerent, quia posset esse iudex glo. not. in c. 1. 4. q. 5. & Castr. in d. l. qui iurisdictione. ff. de iurisd. omnium iudic.

8 Fallit etiam in eo qui fuit olim dominus & nunc non est & doct. in d. c. causamque de off. deleg. alleg. Bal. in l. etiam. C. de testib. ubi in repellendo testē domesticum intelligitur de eo. qui nunc tempore depositionis est familiaris. & non de eo. qui olim. Ita Angel. consi. i. & Bart. in l. i. C. de test. Felin. in c. in litteris num. 2. uers. 2. de testibus.

### REGULA XXXIII.

Iudex non potest procedere contra tertium possessorem nisi prius excusio principali debitore † & illius fideiussore, doct. omnes in l. persequutione. C. de agr. & cens. l. i. Alex. consi. 67. col. 2. num. 3. & 6. uol. 3. Bar. in l. fin. & caet. presente. C. de fidei. Guido Papa decis. 432. supra per totam, ubi multa discurrent. Alex. consi. 58. in fine nu. 1. uol. 5. Afflict. deci. 139. nu. 1. 4. & 7.

1 Fallit 1. quod tertius possessor non potest molestari ab aliquo si post alienationem factam ipse rem alienatam perscripserit spatio annorum 30. quia tunc tutus erit, stante titulo; & possessione annorum 30. secundum iura all. in d. deci. Neapol. 139.

2 Fallit 2. in casu quando lite iam incepta contra debitorem, rem de qua agebatur, debitor alienauit. quo casu quamuis litigiosi uitium non contrahatur quo ad omnia; in hoc tamen contrahitur, ut possessor ipse causam habens a debitore possit conueniri, autequam debitor conueniatur, & fuit de mente Bar. in d. l. persequutione. C. de pignore.

REGV-